

effitas. Vnde prorsus ignoro quæ fuerit cau-  
 sa ob quam noster Emanuel, hæc quatuor  
 eferens. [Tom. 1. q. 31. ar. 5] Olei vñtionis  
 in pectore nō meminert. ¶ Secūdo est no-  
 tandum, q̄ licet aliqui in dubium vocaue-  
 rint, an Baptizando incolarum Noui Orbis  
 filios Neophitorum. vtendo concessione hæc  
 Pauli. 3. sit necessarium apponere Oleum in-  
 ter scapulas, eo q̄ Breue solum dicit in pec-  
 tore, tamen certo est tenendum, apponen-  
 dum esse Oleum inter scapulas Baptizati,  
 vt docet Pater Magister a Veracruce in Cō-  
 pen. verbo Baptizare, sub finem. Quia hæc  
 est Ecclesiæ vniuersalis consuetudo, & vni-  
 uersaliter seruata, & dicit Pontifex, omnia  
 seruanda exceptis illis expressis, & cum  
 non excipiat scapulas, oportet quod ibi Ole-  
 um Sanctum apponatur. Et non obstat, q̄ ibi  
 non fuerit facta mentio de scapulis, sed de  
 pectore, quia de pectore fuit specialis men-  
 tio, vt imponeretur super cor viri ob hone-  
 statem fæminarum adularum. De quo vide  
 ver. Indi. nu. 9. & seq. ¶ Tertio aduertat Pa-  
 rochus, siue Sacerdos Baptizans, quod nō  
 vngat frontem Baptizati Chrismate, sed  
 tantum summitatem, seu verticem capitis,  
 frontem